

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Exercitatio Theologica In Sententiam Salomonis, Proverbior. XVI, 4. ... Omne
operator Dominus in hoc responsum suum, & impium quoq in diem malum**

Argentorati: Pastorius, 1695

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861543084>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn861543084/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861543084/phys_0001)

49. d. 5.

51

Fa-1092(51.)

1. Phil. Dav. Kraeuterus de eo, quod sublime est in oratione
adu. Interp. Wertheimense ad Gen. 1.3. Jenae 1738.
2. Jo. Meissner de imagine Dei in homine ante lappum ad Gen. 1.
v. 26. 27. Witteb. 1676. rec. ib. 1703.
3. 4. 5. Jo. Chr. Klemmius de 1737 protoplastorum serpente
ad Gen. III. 1ff. Tübinge 1730. & 39.
6. Albertus Schumacher de 1770 Qibruo sacrificii Abelis ad
Gen. IV. 4. Bremæ 1718.
7. Christi. Lud. Schlichter de iuda eiusq; emblemate ad Gen.
Gen. IX. 12-17. Hale 1739.
8. Jo. Georg. Neumannus de mensura peccatorum impleta
ad Gen. XV. 16. Matth. XXIII. 32. Witteb. 1702.
9. Pet. Zornius de fijo iudico eiusq; calumnia S.C. fabla
ta ad Gen. XII. 10. Ies. VII. 8. Matth. III. 10. Luce 11. 1. 2. 3.
& Acto. V. 37. Sedini 1732.
10. Gust. Georg. Zellneri Schilo nodis foliatus ad Gen. XII. 10.
11. Abrah. Colonius de regali fauordotio ad Orodi XIX. 8. 6.
Altorfii 1710.
12. Gustav. Peringius de Asafete, S. hinc emissario ad
Levit. XVI. Uppalio 1693.
13. 14. Jo. Gysius de hinc emissario ad Lev. XVI. Genæ
1664 & 65.
15. Jo. Joach. Schröderus de hinc emissario eiusq; ritibus
& mysterio. Marb. 1725.

16. Dav. Richteri physiognomia Davidis. ~~Iene~~ 1715. ad Leuit.
 xxii. 16 ff. Iene 1715.
17. a. Jo. Trey vindicia loci Num. vii. 22 ff. a deloscionibus Nesi.
 heimenfis Tentaleuchi Interpretis. Iene 1739.
17. b. Jo. Legn. Reckenbergi disputatio nulla de Ebraeor.
 electis s. studiosis ad Jo. Trey. 16. eod.
18. A. C. Gakenholtz de immundicie ex contrebatione
 mortuorum secund. legem Mosaicam Num. xix. Helv. 1708.
19. Jo. Capp. Hafemung de Bileam incantatore & Propheta
 periodico. Witteb. 1739.
20. Jo. Dav. Grillo Deum Triumus esse ex Deob. vi. 4.
 assertum. Franc. ad Vind. 1736.
21. Mich. Cha. Rasmeyer de Aarono viro sancto tribus
 Levi, typo Christi ex Deob. xxxiii. 10. Gryph. 1738.
22. Jo. Mich. Lorenza de supplicio Achaniis ex Josue v. 11. Argentor. 1735.
23. Petr. Breker de miraculo foliis et lunge in hecimphaneiro Gabao.
 nis et Ajalonis ad mandatum Iosuae statuum ad Jos. xii. 13. Zey. 1739.
24. Carol. Ludow. Goeckel de Rutha nocte Progenitum ieiunante, et ab aliis.
 criminis notio littera vindicata ad Ruth 1. 1. 2-10. Ged. 1729.
25. El. Siebennadi Theologus heros, ab Elia alio propheta in ecclesia
 corruptissima obvia expressus ad Reg. XII. 10. Argentor. 1722.
26. Isaac. Trauffas experitatio ad P. inforophoren Psalmi XXXIV Davidis.
 Argentor. 1699.
27. Anonim. meditatio de Jesu Christo victore, perindeam distingente.
 Ger. 4. ad P. LXVIII 19. Ger. 1719.
28. Christian. Schudanus de expiatione hysopo facta ad P. L. 19.
 Lipp. 1718.
29. Thed. Dassonius de lugratione Hebraeorum ad P. 4. 9. et Hebr. 13. 13. 14.
 1692. rec. Witteb. 1735.

30. Corn. Dierck. Kochius in Psalm XC1. Helv. 1729
31. Jo. Henr. Lederlin dis. in Ps. CXIII. Aeg. 1708.
32. Ciund. observationes miscellae ad Ps CXIV ibid. 1712.
33. pp. Tauchis exhortatio in gloriam salomonis Proverb. XVII, 4 ib. 1695.
34/35. pp. Tauchis exhortatio in gloriam salomonis Proverb. XVII, 4 ib. 1695.
36. Gustav. Georg. Selbner de candore fidei, inter rationis tenebras emergete
ad Lyp. VIII, 19. 20. Actos. 1729.
37. Programma academicum Göttingenij ad fer. XXXI, 22. 26 Lyp. Goto 1719.
38. Jo. Christi. Hobeuficit de Baroos ad illustrandum 517173 Zech.
VIII, 17. Lyp. 1713.
39. Dan. Pfeffinger de Domo Michaeli Angelorum auxiliatore. ad Dan. XI, 12.
Anger. 1713.
40. Programma academicum Helv. de Michaeli Archangelo. ad Dan. XI, 12. cl.
41. Ad. Adolfi. 1722.
42. Skop. Ludou. Königsmantel de iudee Israels virga super napoleam perlungo
ad Mich. II, 1A. Ica. 1739.
43. Abt. Heron. Verpoortenia de iustitia fidei ad Mal. II, 3. 4. Ged. 1736.
44. Jo. Geor. Michaelis de virtute sancte inter mythos. ad Zech. 1, 7. Mal. 1737.
45. Programma de spiritu gratiae ep Zech. XII, 10. Helv. 1731.

16.2

17.4.

17.6.

18.3

19.2.

20.2.

21.3.

22.3.

23.

24.6.

25.1.

26.0.

27.1.

28.0.

29.1.

35.
I. N. D. N. I. C.
EXERCITATIO
THEOLOGICA

In
Sententiam Salomonis,
PROVERBIOR.

XVI, 4.

כְּלֹפֶת יְהוָה לִמְעַנְחוֹ וְגַם רָשָׁע לֵיָם רָעָה:

*Omne operatur DOMINUS in
hoc responsum suum, & impium quoq;
- in diem malum.*

Quam
DOMINO ADJUVANTE,
PRÆSIDE
ISAACO FAUSTIO,
SS. Theol. D. & Prof. P. ord. & Ecclesiaste,
In Alma Argentoratensium Vniversitate
defendet
M. JOHANNES JACOBUS OESINGER
Argentinens.

*Ad diem 28^o Mensis Novembr. Anno M. DC. XCV.
horis locoque solitis.*

ARGENTORATI, LITERIS JOHANNIS PASTORII.

V I R O,

Quem non solum ob avitum Splendorem , genero-
fissimosq; Suæ stirpis Heroës , cultu devoto prosequitur Patria,

verum etiam

Quem ob dexteritatem , quam præbet in Boni Publici promotione,
summam , mirantur in Eâdem Cives ,

Generoso maximeq; Strenuo,

D O M I N O
PHILIPPO CONRADO
J O H A M

à

Mundolsheim ,

P R Ä T O R I atq; Q U I N D E C I M V I R O
Inclitæ hujus Reipublicæ

Illustri & gravissimo ,

P A T R O N O ,

*ob innumera domesticorum & aliorum beneficiorum nominis
summo cultu , obsequio perpetuo humillimâg; reverentia
Prosequendo , Colendo , Venerando ;*

Hasce Exercitij Theologici Pagellas , ad grati animi de-
clarationem , inque ulteriorem commendationem ,
offerо atque dedico

Cliens obstrictissimus Tantiq; Nominis indefessus Cultor ,

M. Johannes Jacobus Oeslinger Arg.

A Ω

Proverb. XVI, 4.

כָל פְעֵל יְהוָה לְטוּנָהוּ וּמִרְשָׁע
לַיּוֹם רָעָה

Vulgatus: *Universa propter semetipsum operatus est*

D OM IN U S: Impium quoq; ad diem malum.

Vatablus: *Omnia operatur D OM IN U S propter se:*

Impium quoq; ad diem malum.

§. I.

Anc Regis Salomonis sententiam suscepimus tractandam pro Exercitio Theologico Disputatorio. Præbet illa abunde, copiosam disserendi materiam. Nam & Phrasis concisa est, siveque implicata difficultatibus, & res ipsa, quæ proponitur, momenti magni est. Magnam etiam necessitatem meditandi & phrasin iplam, & rem contentam, imponit *abusus* tristis, cui est contradicendum. Voluit eam conscribi Pereximus Doctissimusque D N. M. Respondens, proponique disputandam, vel disputatione publica ventilandam. Cum enim magno conatu, indefesso labore, per plures annos, Studium tractasset Theologicum, etiam in *Suggestu Ecclesiastico* sic constitisset, ut pietate, & ratione tractandi, ædificationi Auditorum accommodata, quibus dotibus etiam *Generofissimo*, *Pientissimo*, D N. Hospiti suo percharus est, gratiam audientium sibi conciliaisset, voluit etiam prodire in Cathedram Academicam, Iuorumque, hac ratione, & Studiorum, & Profectuum, reddere rationem, & facere fidem. Materia Disputationis huic intentioni parest. Faxit Deus, ut, gubernante nos Spiritu ipsius, in Christo Jesu, instituto laudabili optatus respondeat eventus.

§. II. Jam de Abusu dictum est, diximus etiam, esse eidem contradicendum. Dum illi contradicitur, pro defensione

A 2

ortho-

33.

36.

37.

38.

39.

40.

4

41

42

43

44

45.

orthodoxæ Confessionis nostræ simul dicitur. Ut ille & ostendatur, & refellatur abusus, Opuscula allegantur Theodori Bezae, quæ jam in Disputatione etiam alia de *Vix Dei Impervestigabilis*, ex Rom. XI, 33. fuere producta. Illorum pagina 170. in Tabula quadam exhibita est totius Prædestinationis Idea, hoc est, & Electionis absolutæ, & Reprobationis absolutæ, prout quidem eam mente sua iij concipiunt, qui dicuntur Supralapsarij. Inscriptio est: *Summa totius Christianismi, sive descripicio & distributio causarum salutis electorum, & exitij reprobatorum, ex sacris literis collecta.* Tria huic Inscriptio dicta subjiciuntur. Medium est: *DEVS, cujus via impervestigabiles.* Ab uno hujus dicti latere est: *DEVS OMNIA CONDIDIT propter semetipsum, et iam impium ad diem malum.* His dictis subjicitur PROPOSITVM EIVS æternum & immutabile, OMNES CAUSAS ordine quoq; antegrediens, quo apud semetipsum decrevit CER-
TOS HOMINES &c. Huic Proposito subjicitur Creatio, eaque his verbis: *CREATIO hominis in recto statu, sed mutabili.* Clausula to-
tius Tabulae est: *GLORIA DEI ex æterno ejus decreto summe misericordis, & summe severi.*

§ III. Dicti itaque Salomonæ, positi in summitate Tabulae, cum connexione tali, & cum tali fine, hic sensus emergit. Quod Salomon dicit: *Propter semetipsum*: explicatur: *Gloria Dei ex æterno ejus decreto summe misericordu, & summe severi.* Dectetum æternum fons est atque origo. Finis omnium ultimus, Gloria Dei. Gloria autem Dei, ut summe misericordis, & summe severi. DEUS autem, qui condidisse dicitur, describitur à viis atque à proposito. *Vix* dicuntur impervestigabiles. *Propositum* dicitur æternum & immutabile, de certis hominibus, partim eligendis, partim reiiciendis. Quod propositum ipsa primi hominis creatio secuta est, ut medium prædestinationis exequenda, sive exequendi illius propositi, atque ad finem illum perducendi. Ex his hic erit dicti sensus: *DEUS, ex æterno suo decreto, juxta propositum suum æternum & immutabile, omnes causas ordine quoque antegrediens, quo apud semetipsum decrevit certos homines eligere in Christo servandos, & certos homines reiicere, & propter suam ipsorum voluntariam culpam æternis pœnis addicere, (verba Bezae sunt in Tabula) omnia condidit, creavit hominem in recto statu, sed mutabili*

tabili &c. ut gloria DEI ostenderetur summe misericordis, & summe severi.

§. IV. Non haec cohærent. Quod in Salomonæ dicto est, *Omnia, mutandum erit in Omnes*, eritque accipiendum de hominibus omnibus, non de creaturis omnibus. Et tamen absolute dicitur: *Omnia condidit*. Cum Tremell. & Jun. vertissent: *Omnes operatus est &c.* Piscator mutavit: *Omnia &c.* Etiam mutationis factæ rationem reddit in Scholiis: *Vero cum alius, omnia. Nec obstat, quod in altero membro sit mentio hominis improbi. Is enim non solum est in numero hominum, sed etiam in numero creaturarum simpliciter.* Ita Piscator intellexerit per, *omnia*, creaturas omnes. Qui vero verterunt, *omnes*, intellexerint homines omnes. Inde pergo. Si, *omnia*, sunt, creature omnes, & *omnia* Deus condidit propter *semetipsum*, quomodo Deus cœlum creavit atque terram, solem atque lunam, ut gloriam suam ostenderet, tanquam summe misericordis, & summe severi? Certe in creatione Solis atq; Lunæ, non appetit gloria Dei, summe misericordis, & summe severi. Trem. & Jun. cum vertissent, *Omnes*, in marginali nota adposuerunt: *Etiologia precedentium à creationis fine, cuius ipse Deus in singulis rationem habet, & à nobis rationem haberi par est: summus est, inquit, creationis finis, GLORIA DEI, qua optime lucet atq; explicatur tum in salute eterna vasorum misericordia, tum in perditione vasorum ira destinatorum exitio, Rom. IX, 22.* Ergo, si, *omnes*, sunt homines omnes, & Salomon de creatione hominum omnium loquitur, qui loquitur de conditione omnium, qua ratione subjecta est, in Tabula Bezae, *Creatio hominis in recto statu?* &, quomodo in ista Tabula, non est, præter Creationem illam primam primi hominis, omniumque in eo simūl hominum, alia creatio hominum singulorum, è quorum numero certi elegantur, certi rejiciantur? Certe in Adamo creato, in quo omnes simūl homines fuere conditi, nullus fuit conditus impius, nullus fuit ex omnibus ad diem malum conditus. Quomodo condidit Deus certos ad salutem, certos ad exitium, prius quam Adamum condidit? Quomodo condidit impium ad diem malum, prius quam condidit primum hominem? Ut ergo ea obtineatur conditio, qua Salomon dicitur docuisse, quod Deus omnia considerat propter *semetipsum*, im-

pium quoque ad diem malum, alia conditio necessaria est, præter eam creationem, quam in Tabula sua Beza posuit. Atque ita ratio vasorum misericordiarum, & vasorum iræ, lapsus supponet, qui Lapsus necessario supponit creationem hominis in statu recto. In omni descriptione Creationis rerum omnium, hominisque primis facta à Moïse, nullum est ullius impietatis vestigium, nulla ullius diei mali mentio. Repeto ergo, non cohærere ea, quæ in Tabula sua Beza connexuit, sive omnia vertas, sive omnes; & hos omnes, sive intelligas sicut in universum omnes, sive singulos seorsim, certos homines, iterumque certos.

§. V. Inde est, quod ipsum etiam Catechismum Heidelbergensem Piscator corrigeret aulus est. Ille enim Quæstionem sextam habet: Num ergo Deus hominem ita pravum & perversum condidit? Responsio sequitur: Nequaquam. Imò vero BONVM, & AD imaginem sui condidit eum, hoc est, vera justitia & sanctitate prædictum, VT DEVM Creatorem suum recte cognosceret, ex animo diligenteret, cum eo beatus in eternum viveret, idq; AD eum laudandum & celebrandum. Piscator corrigit hæc, quia non potuit cum rigore supralapsario verba, melius sonantia, conciliare. Itaque in Explicatione sua addidit: Coeterum, quod hic dicitur, Deum condidisse hominem, UT ipse creatorum suum recte cognosceret, ex animo diligenteret, & cum ipso beatus in æternum viveret, id VNIVERSALITER intellectum, consistere non potest, tum quia repugnat EXPRESSIS S. Scripturæ dictis, cum quia inde sequitur ABSVRDVM. Quæ omnia prolixius in sequentibus exposuit Piscator.

§. VI. Dixit Beza: *Creatio hominis in recto statu, sed mutabili.* Catechismus Heidelbergensis dixit, Deum condidisse hominem bonum, vera justitia & sanctitate prædictum, ut beatus in eternum viveat. Proponamus itaque nobis vel solum Adamum. Adamum, sic conditum, non condidit Deus ad gloriam suam, hoc est, ad gloriam Dei vel summe misericordis, vel summe severi. Homo enim, sive Adamus, creatus in statu recto, conditus bonus, veraque justitia & sanctitate prædictus, non est objectum vel misericordiarum summæ, vel severitatis summæ. Misericordia supponit miseriam, quæ ibi non fuit. Severitas peccatum supponit, quod ibi non fuit. Fuit autem homo sic conditus, objectum Effectorumq; Boni-

Bonitatis summæ, quæ summa Dei Bonitas in homine primo, condito bono, eluxit, ostenditque Deus summè bonus, summæ Bonitatis sūtæ specimen optimum in homine condito bono. Cur ergo, si quidem de Creatione omnia condentis Dei, & de Gloria Creatoris patefacienda, dictum Salomonis accipimus, non potius de Gloria Dei summe boni, verba ea accipimus? Non apparuit in homine, prout eum Deus ipse primū condidit, gloria Dei summè misericordis, neque gloria Dei summe severi, sed apparuit in eo, resplenduitque in hoc puro speculo, gloria Creditoris summè boni, qui non potuit non bonum condere hominem, quem condidit.

§. VII. Sed hæc ad Tabulam Bezae. Jam conferemus brevem explicationem, quam ille subjunxit, scribens: *Brevis explicatio præcedentis Tabulae. Cap. 2. Aphorism. 2. p. 173.* Idem ille DEVS ab aeterno proposuit & decrevit in semetipso omnia suis temporibus ad gloriam suam creare, ac nominatim quidem homines, idq; duobus modis penitus diversis: ita nempe, ut alios, quos sibi visum fuerit pro arcana sua voluntate, faciat per misericordiam gloriae sue participes &c. Inter dicta S. Scripturae plura, quæ subjiciuntur, primum est: *Prov. XVI, 4.* Omnia operatus est Iehova propter seipsum, & etiam impium ad diem malum. Ait: *Creatio homines, idq; duobus modis penitus diversis.* Hæc Creatio, non est creatio prima, in qua, cum, & in homine primo, conditi sunt homines omnes modo uno eodemque. Neque erit Creatio hæc, creatio secunda, qua singuli, virtute creationis prima genrantur homines. Uno enim, eodemque protinus modo, concipiuntur omnes in peccato, prodeuntque in mundum filij iræ. Alius ergo ordinis creatio illa fuerit, quæ duobus modis fiat, iisq; penitus diversis. Sed illius in Tabula non meminit Creationis, sub hoc nomine. Colligo. Si ergo creatio illa, quæ diversos modos habet, eosque penitus diversos, in dicto Salomonis est, tum verò sequitur, de Gubernatione divinæ Providentia in dicto suo Salomonem etiam fuisse locutum, Ad hæc, quid illud sibi vult, quod Beza dixit: *Quos sibi visum FVERIT &c.* Phrasis: *visum fuerit:* supponit aliquid antecedens, quod respiciat Deus. Decretum autem aeternum & immutabile, omnes dicitur causas ordine antegrediens. Pro hujus ratione fuerat dicendum: *vt alios, quos sibi visum FVIT pro aeterna immutabilig; voluntate &c.*

§. LIX.

3.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

§. IIX. In eodem Aphorismo secundo, ad verba illius: *In alteris vero, quos item placuerit in eum usum suscitare, iram ac potentiam suam ostendat, ut in ipso quoq; glorificetur, quos vasa contumelia & ira, & ad omne opus bonum reprobos vocamus:* p. 174. iterum allegatur Salomonis dictum, Prov. XVI, 4. ut supra §. 7. Placuerit, ait, uti antea, §. 7. *visum fuerit.* Et tamen aeternum hoc beneplacitum dicitur, quod catisas omnes antegrediatur. Sed qui audit: *placuerit,* aliquid antecedens mente concipit, ad quod placitum illud sequatur. Nobis ergo id placitum voluntatis consequentis est. Sic & operatio alia est voluntatis antecedentis, alia voluntatis consequentis. Pro bona sua voluntate antecedente, Deus omnia facit in responsum suum. Pro justa voluntate sua consequente facit impium in diem malum, justitiae vindicativae ductu, qua impietatem, quae a Deo se avellit, punit. Itaque suscitatio fuerit gubernationis, providentiæque divinæ judicantis & vindicantis.

§. IX. Iterum allegatur fol. 176. ubi ad Aphorismum quintum Capitis tertij, in margine dicitur: *Reprobatio in proposito Dei latens.* Si proponitur in Aphorismo isto Reprobatio latens in Dei proposito, non recte fuerit ad eam docendam allegatum Salomonis dictum, quod de Reprobatione habebit, ut opere ipso manifestata, & considerata in executione sua. In Textu istius Aphorismi numero secundo dicitur, *spiritum sanctum usq; in altum illud MISTERIUM nos subvehere, quod omnis damnationis illorum causas ordine antecedit.* In hujus Assertionis probationem Salomonæum dictum iterum allegatur. Argumentor. In quo dicto Spiritus sanctus causam docet exitij impiorum, in eo nos non subvehit in altum illud mysterium, quod omnes damnationis causas ordine antecedit. Aliqui, in dicto Salomonæo Spiritus sanctus causam docet exitij impiorum. Ergo, in dicto Salomonæo Spiritus sanctus nos non subvehit in altum illud mysterium, quod omnes damnationis causas ordine antecedit. Quod autem Spiritus. S. in hoc dicto doceat exitij impiorum causam, patet ex verbis. Dupliciter ea docetur. Primum, privative. Secundò, positive. Privative, primum, idque vi patris prioris. In hac dicitur Deus omnia facere in responsum suum. Non sequitur impius. Recedit, resilit, deficit, bonitatem gubernantes Dei non admittit, non permittit se Bonitatis divinae

divinæ ductui. Non invocat Deum. Deum, exaudire volentem, paratumque ad communicandam Bonitatem suam, apernatur. Inde & secundò, *positive*, per impietatis superbæ & contumacis repugnantiam, ubi ille impietate sua in Deum ipsum insurgit. Abominatio Domini est, superba illa & refractaria contumacia. Hæc diei mali duplex causa est. Argumentor. Qui causam exitij docet defectionem perfidam, & impietatem superbam & contumacem, ille causam exitij docet. Atqui, Spiritus S. causam exitij docet defectionem perfidam, & impietatem superbam & contumacem. Ergo, Spiritus S. causam exitij docet. Inde porro, uti antea. Qui causam docet exitij, ille in altum illud mysterium, quod omnes exitij causas ordine antecedit, nos non subvehit. Atqui, Spiritus S. docet causam exitij. Ergo, Spiritus S. in altum illud mysterium, quod omnes exitij causas ordine antecedit, nos non subvehit.

§. X. Iterum dictum hoc allegatur fol 179. Cap. 3. Aphor. 5. Dicitur in Textu: *Iram & potentiam suam in iis vasis declaret, quæ IDCIRCO FECIT, VT ex ipsorum justæ damnatione gloriam suam illustreret. Neg, enim vel electorum salutis, vel reproborum exitium, ultimus est consiliorum Dei finis, sed ipsius gloria, tum in illis per misericordiam servandis, tum in hu justo judicio condemnandis, illustratio.* Atqui de hac Dei gloria, deque hujus gloriæ illustratione, Salomonæum Dictum ne verbum quidem habet. Ait, propter semetipsum. Interpretaris, ad gloriam suam. Male interpretaris. Quod dicitur, propter semetipsum, duplum sensum habere potest, priorem à causa efficiente; posteriorem, à causa finali. Quando hunc admitto, explicationem non admitto, id est, propter gloriam suam. Verbum enim Hebræum degloria prorsus nihil habet. Namque Hebræa vox, *Maaneb*, nullibi gloriam significat, sed responsum, idque cum ad Deum refertur, responsum exaudiens. Multo minus quam est in Textu, de gloria illustrando in his, decreto absoluto servandis, in illis, decreto absoluto condemnandis. Non dicitur Deus fecisse impium. Non dicitur Deus idcirco fecisse impium, ut eum damnet, ejusve damnatione gloriam suam illustret. Deus ex se, ex bonitate sua facit omnia in responsum suum. Refragatur impius. Ergo Deus, præter hoc, etiam id facit, ut impium, quem

abominatur ob impietatem suam, exitio involvat ineluctabilis.

§. XI. Dictum Salomonæum a Beza in libello citato etiam cap. 5. Aphorism. 7, ad num. 15. allegatur fol. 194. In Textu dicitur: *Vnde fit, ut circa fidem naufragi, diem illum, exitio suo destinatum, nunquam evadant &c.* Verum est, Dictum hoc loqui de die, qui est exitio destinatus. Unde vocatur, dies mali. Verum est, non evadere impios. Dicitur enim, IN diem mali. Sed hoc verum non est, diem exitij ineluctabilis antecedere impietatem ipsam impij, quæ illius causa est. Ita nec hoc verum est, decretum, diem exitij ineluctabilem decernens, antecessisse impietatis illius prævisionem. Decreti divini ratio in executione cernitur, & scripturarum simplicitate declaratur.

§. XII. Abiitum Dicti Salomonæi ut percipiamus adhuc distinctius, Piscatorem etiam allegabimus. Ille in Responsione Apologetica ad Parasceven Vorstij, p. 77. Etsi decretum illud Dei, quo homines aliquos, nihil mali adhuc commeritos, ad aeterna supplicia destinavit, ABSOLUTVM est; quia non pender ab aliqua conditione, sed à PRO DEI BENEPLACITO, Rom. IX, 11. interim tamen decretum illud est justum: quia Deus habet potestatem CREATI alias ad salutem, alias ad supplicia, Rom. IX, 22. Prov. XVI, 4. Ergo eriam habuit potestatem hoc ipsum decernendi. INTERIM supplicia illa nemini infert, nisi commerito. Ait Piscator, Interim. Hoc, interim, facit discriminem inter decretum, & executionem: sive, inter destinationem ad supplicia, atque aetualem suppliciorum illationem. Illa, causam damnationis antecedit, hæc, eam sequitur, illud decretum absolutum est, executione autem fuerit ordinata. Atqui Salomonæum dictum non habet decretum absolutum destinationis aeternæ ad supplicia, sed executionem docet justitiae vindicantis. Argumentor, quod dictum agit de illatione supplicij, quod infertur commerito, id non agit de decreto Dei absolu, destinantis ad supplicia nihil mali commeritos. Atqui hoc dictum agit de illatione supplicij, quod infertur commerito. Ergo, hoc dictum non agit de decreto Dei absolu, destinantis ad supplicia nihil mali commeritos. Nihil hic est de decreto absolu, nihil de puro beneplacito, quod nullam involvat conditionem. Ad potestatem creandi ad supplicia, probandam, conjunguntur loca duo

duo Rom. IX, 21. Prov. XVI, 4. Prior locus, de potestate habet, posterior non de potestate, sed de aetate, à quotamen ad illam valet consequentia. Sed absolutum decretum neuter locus habet. Non valet autem consequentia: Deus operatur, vel operando agit in peccatum in diem mali, Ergo, Deus crebat in peccatum in diem mali. Illud, habetur in dicto, hoc, est ab eo prorsus alienum.

§ XIII. Idem Piscator in Responsione ad Apologeticum Petri Bertij, dictum Salomonis inter ea dicta commemorat, quibus triumphat. Namque p. 16. scribit: CERTISSIMA Scriptura sacra Pronuntiata, sed talia, quibus Ratio humana offenditur. Sequitur inter Dicta cetera, Prov. XVI, 4. *Omnia, vel, omnes operatus est Iehova, etiam improbum ad diem mali.* Certum est, rationem humanam non esse admittendam in rebus fidei. Sed quaeritur, ex ratione humana an sumpta sit sequela: Deus vult omnes salvos fieri. Ergo salvantur omnes. Et, annon sit ea rationis offensio, quae colligit, non salvat omnes. Ergo, non vult salvare omnes. Nos certe rationem nostram non sequimur, sed scripturarum simplicitatem veneramur, etiam cum offensione rationis propriæ. Credimus, Deum velle salvare omnes. Credimus, non salvati omnes. Non autem ex ratione inferimus: Si vellet, vel nutu perficeret. Ergo non vult. Ergo restringendum dictum prius est, & a simplicitate verborum ad commodiorem quemcunq; sensum est transendum. Quod Pronuntiata sacra Scriptura attinet, sunt ea utique certissima. Sed Piscatoris sensus non est certus. Pronuntiatum Scripturæ certissimum est: Deus operatur improbum ad diem mali. Sensus Piscatoris est: Deus ex puro beneplacito, absque ulla conditione, decreto aeterno & absoluto, destinavit certos homines ad supplicia aeterna, qui ex illo decreto peccant inevitabiliter, ut justè condementur. Certe hunc sensum verba illa non suggerunt. Non inevitabilitas impietatis docetur, sed inevitabilitas supplicij. Operatio illa in peccatum non facit, sed invenit.

§ XIV. Eundem Piscatorem allegabimus in Notis ad amicam collationem Vorstij, quia satis clare ibi loquitur. Pag. 29. Scribebat Vorstius: *Vult quidem Deus impius, quæ per se impij sunt, & manent, damnationem ex certo proposito: idq; ex dicto illo Salomonis Prov. XVI, 4. constare, ultrò fateor.* Piscator notat: *Immò Deus impiu illis, quos*

quos damnat, damnationem voluit, ANTE QVAM impij evaderent: QVIA EOS AD DAMNATIONEM CREAVIT, ut dictum illud Salomonis CLARE TESTATVR. Quanta haec est Piscatoris vel confidentia, vel præsumptio! Dies ille mali non est simpliciter damnatio æterna. Impius etiam calamitati ineluctabili involutus respicere potest, & salvari, ab impietate priore aversus. De Creatione vero ad damnationem, nullum verbum in Textu est. Et tamen audet Piscator dicere, dictum Salomonis id clare destari, non testari tantum, sed & testari clare. Quis ergo sit, ut præstantissimi inter Reformatos Scriptorarum Interpretes, tam claro non cedant testimonio, qui in suis expositionibus negant de creatione Salomonem agere.

§. XV. Sed pergendum est. Pagina sequente 30. Vorstius scribit: DVPLICITER hoc ipso loco QVIDAM ex nostris Doctoribus ABVTI solent: ad afferendam quorsundam REPROBATIONEM ABSOLVTAM, hoc est, qua anie & circa omnem peccati respectum à Deo facta sit. 1. ad stabiendum eorundem DESTINATIONEM AD IPSVM PECCATVM, per quam ipsi scilicet inevitabiliter & necessario peccent. Quorum sententia si tibi displaceat, bene est. Si placet, quod valde vereor, tum amplius & ipsam, & præsentem hunc locum, cui ipsa MALE superstruitur, ex ante dictu expendi à te velim. Piscator in nota simpliciter respondet & aperte: NEGOTIANTUR, 1. si Deus creavit impium ad diem mali, non igitur fuit motus peccato illius, ut eum sic crearet, ac proinde nec ut decerneret illum sic creare. 2. Si creavit Deus impium ad diem mali, ergo etiam destinavit eum AD diem mali, id est, damnationem. SI HOC, Igitur ETIAM AD PECCATVM, TANQVAM AD MEDIUM. Hoc verò, verè horrendum est auditu. Atque ad talia verba cum tristitia Spiritus contremisco. Deum, decreto absoluto, nihil malo commeritos, destinavisse, ex destinatione creuisse, ad damnationem, & ad peccatum, tanquam damnationis medium, & haec Salomonem dicto suo testari clare.

§. XVI. Cum distinctio fuisse proposita inter voluntatem Dei antecedentem & consequentem, dixissetque Vorstius de conseqüente: Hac absolute & prævisse, ex adjunctione circumstantiarum, alii quidem PER SE vult salutem! alii vero PER ACCIDENS damnationem: in Nota sua Piscator respondit: Falso dicitur, Deum quibusdam hominibus damnationem VELLE PER ACCIDENS. Vult enim illam EX PROPOSITO, ut patet ex dicto Salomonis: Omnia fecit Deus propter

propter se ipsum, etiam impium ad diem mali. Prov. XVI, 4. Loc. cit. p. 25, sect. 8. Ait Piscator: *Ut PATER ex dicto Salomonis. Supra §. 14. dixerat; Claret refatur.* Atqui Propositum illud, juxta quod Prædestinatio facta est, est propositum gratiæ. Et Apostolus 2. Tim. 1, 9. *καθέων καί χάριν, Propositum, & Gratiam conjunxit.* Propositum, quod Piscatori dicitur, Beza in Tabula explicavit, æternum & immutabile Propositum, quod ordine antegrediatur omnes & salutis & damnationis causas. Ex tali proposito Deum reprobavisse & reprobatorum velle & damnationem, ut finem, & peccata, ut medio, Salomon in suo dicto non dixit. Patet vero ex verborum ordine & structura, diem mali à Deo decretum impio, ex odio impietatis ejus, quæ Salomone, in eodem contextu, docente, abominatione est Domino. Deus ergo ex proposito suo non facit diem malum, sed ex abominatione impietatis decernit impio.

§. XVII. Idem Piscator in Scholiis ad Prov. XVI, 4. Operatus est) Fecit, creavit. Propter se) propter gloriam suam: ut scilicet ix rebus creatis elucescat ipsius potentia, sapientia, bonitas, & justitia. Ad diem mali) id est, ad diem pœnae, ut per inflictionem illius elucescat ejus justitia. Synechdoche, generis. Sanctes, ad diem malum, non recte: quianomen οὐ εστὶ generis masculini: γάγη vero Feminini. Ad observ. 4. marginalis annotatio est: *Finis summus creationis.* Ipsa observatio ita habet: Ex vers. 4. notetur testimoniam de summo sine creationis rerum omnium, qui est gloria Dei: ut scilicet creatura rationales, angeli, & homines, ex operibus creationis cognoscant Dei creatoris potentiam, sapientiam & bonitatem, ac proinde eum glorificant. Observatio §. Ex eodem verso notetur, Deum aliquos homines creavisse ad exitium: ut ex illo agnoscatur justum ejus judicium in peccatoribus puniendis. Idem refatur Paulus Rom. IX, 21, 22. In margine est: *Creatio quorundam ad exitium.* Hæc duæ Piscatoris observationes videntur partiri dictum Salomonis, idque hac ratione, ut in priore dicti parte habeatur creatio rerum omnium, in posteriore vero, creatio quorundam hominum ad exitium. Quæritur, Creatio quorundam hominum ad exitium, an continetur in creatione rerum omnium, an vero non continetur. Si non continetur, quomodo illa rerum omnium creatio, est creatio rerum omnium, si non est quorundam hominum. Atqui creatio, quæ non est creatio quorundam

hominum, non est creatio rerum omnium. In rebus omnibus
 creatis, etiam homines omnes continentur. Si vero creatio quorundam
 hominum ad exitium, continetur in creatione rerum omnium,
 tum illa creatio non fuerit facta ad exitium. Argumentor. Creatio
 facta ad cognoscendam Dei creatoris potentiam, sapientiam, &
 BONITATEM, non est creatio facta ad exitium. Atqui Creatio re-
 rum omnium, est creatio facta ad cognoscendam Dei Creatoris po-
 tentiam, sapientiam, & BONITATEM. Ergo Creatio re-
 rum omnium, non est Creatio facta ad exitium. Itaque, uti
 possunt admitti verba observationis Quartæ, ita non possunt
 non improbati verba observationis Quintæ. Illa Quarta
 Observatio habet de Creatione rerum omnium, & habet de po-
 tentia, & de Sapientia, & de Bonitate Dei Creatoris. Jam Pergo.
 Quæ creatio continetur in creatione rerum omnium, ea creatio
 non est facta ad exitium. Atqui Creatio quorundam hominum
 ad exitium, quæ Piscatori dicitur, continetur in creatione rerum
 omnium. Ergo Creatio quorundam hominum ad exitium, quæ
 Piscatori dicitur, non est creatio facta ad exitium. Sequitur inde,
 illos aliquos vel quosdam homines, quos Piscator dicit ad exitium
 creatos, in creatione rerum omnium non fuisse creatos ad
 exitium. Itaque præter & extra creationem rerum omnium,
 quæ est in Scripturis exposita, quærenda erit separata quædam, &
 distincta, & peculiari ad exitium Creatio. Hæc verò omnia ed-
 tendunt, ut alia sit ratio partis prioris in Dicto Salomonis, alia
 ratio partis posterioris. Pars prior: *Omnia fecit Deus propter semet-
 ipsum*: habebit BONITATEM Dei creatoris, elucescentem è
 creatione rerum omnium. Pars posterior: *Etiam impium ad diem
 mali*: habebit JUDICIUM, quod Dominus in impietatem, Bo-
 nitatis istius contemtricem, exercet, cui impios, ob hanc impieta-
 tem, adjudicat. Qua ratione, Pars dicti prior antecedentem Dei
 voluntatem habebit; posterior pars consequentem. Illa univer-
 salis est Bonitatis. Hæc est particularis judicij.

§. XVIII. Quod Piscator annotavit in Scholio: *Sanctes, ad
 diem malum: non recte: quia nomen Σάντης est generis masculini, Σάντη
 verò feminini: id quidem recte habet, si voluit Sanctes verbum
 exprimere verbo, & non magis studuit versione Latina certius &
 clarius*

clarior exprimere vim phraseos Hebrææ. Nam dies *mali*, absolute dictus, dicitur ambiguo, quia, *mali*, & masculini generis esse potest, & neutrius. Quæ ambiguitas removetur, cum veritatu, diem *malum*, quia phrasis hæc aperte concepta est de malitia diei, non hominis, de malitia rei *malæ*, non hominis vel personæ *malæ*. Unde & innoxia est Lutheri versio: Zum bösen Tage. Non innoxia tantum, sed & certior. Non enim sensus foret tam evidens: Zum Tage des Bösen.

§. XIX. Joannes Calvinus Institut. lib. 3. cap. 23. sect. 6. dicto Salomonis ulus est. Ad initium sectionis istius in margine habetur: *Objectio.* Deus imputare non debet hominibus peccata, quorum necessitatem sua prædestinatione imposuit. In Textu: Cur ea vi-
tio Deus imputaret hominibus, quorum NECESSITATEM SVA PRÆ-
DESTINATIONE IMPOSUIT? &c. Non ergo jure ob ea puniuntur,
quorum PRÆCIPUA in Dei Prædestinatione CAUSA est. Sequitur
Responsio, quæ à Dei Præscientia sumitur. Sed censura in mar-
gine est: *Prima responsio, VETERVM, qua infirma censetur.* Per-
git itaque Calvinus ipse: Ergo videamus quomodo rite NODVS expe-
diri debeat. Primum omnium constare inter omnes debet, quod ait Sa-
lomon: Deum omnia propter semetipsum condidisse, impium
quoque ad diem malum. ECCE, quum verum omnium dispositio in
manu' Dei sit, quum penes ipsum resideat salutis ac moris arbitrium, con-
silio nutuq; suo ita ordinat, ut inter homines nascantur ab utero certæ
morti devoti, qui suo exitio ipsius nomen glorificant. Pergit Calvinus:
Si quis causestar, nullam eis inferri necessitatem ex Dei Providentia, sed
potius ea conditione ab ipso esse creatos, quoniam FVTVRAM eorum pravi-
tatem PRÆVIDERIT: neg. nihil dicit, neg. totum &c. In margi-
ne: *Secunda responsio, erans diluta.* In Responsonie tertia, quæ in
margine dicitur probata, hæc ultima verba sunt: Sed quum non alia
ratione, que FVTVRA sunt, PRÆVIDEAT, NISI QVIA ITA VT FIE-
RENT DECREVIT: frustra de Præscientia lis movesur, ubi constat OR-
DINATIONE potius & NVIV OMNIA EVENIRE.

§. XX. In Indice dictum Salomonis ita positum est: *O-*
mnia operatur Dominus propter se, impium quoque ad diem malum. Utro-
bique ergo, scilicet, tam in Indice, quam in citatione Calvini, est,
ad diem *malum*. Sic verterat Sanctes. Censuram adposuit Piscator.

35

36

37

38

39

40

41

42

43

45

tor. Censura ea discussa est supra §. 18. Porro, Calvinus citerat: *DEVM omnia propter semetipsum condidisse*. Index posuit: *Omnia OPERATVR Dominus propter se &c.* Verbum, operatur, aptius contextui est, verbo, condidisse. Etiam verbum hoc, operatur, proprius respicit gubernationem Dei, omnia operantis, moderantis, tractantis, disponentis, ordinantis, determinantis. Et Calvinus ipse, cum dictum Salomonis allegavisset, mox de rerum omnium DISPOSITIONE loquitur, deque Deo, consilio nutuque suo ORDINANTE. Tamen appetet ex contextu, qua ratione verba etiam non mala, non bene explicitentur, applicenturque. Num enim Deus futuram impij impietatem prævidet non alia ratione, nisi quia ita ut fieret decrevit? Num constat, impietatem impij, ordinatione potius & nutu Domini evenire?

§. XXI. Daniel Colonius in Paraphrasi Analytica Institutionum Calvini, verba ejus, quæ §. XIX. exscripta sunt, transposuit. Afferemus ea, ut conferri inter se possint: *Nondum ergo sic nodus expeditur. Illud certe constare debet apud omnes, in manu Dei Dei esse rerum omnium dispositionem, penes ipsum residere salutis & mortis arbitrium, & QVM DEVS omnia propter semetipsum condiderit, impium quoque ad diem malum, Prov. XVI, 4. etiam, consilio suo ita ordinasse, ut inter homines nascantur ab utero certæ morti devoti, qui suo exitio nomen ipsius glorifcent.* Gaspar. Olevianus in Epitome Institut. plura retinuit verba, pauca omisit. Sic habet ille: *Ergo videamus, quomodo rite nodus expediti debet. Constare inter omnes debet (Calvinus: Primum omnium constare &c.) quod ait Salomon: Deum omnia propter semetipsum condidisse, impium quoque ad diem malum. Ecce, quum rerum omnium dispositio in manu Dei sit, quum penes ipsum residat salutis ac mortis arbitrium, consilio nutuque suo ita ordinat, ut inter homines nascantur, (Calvinus addit: Ab utero certæ morti devoti: quæ verba Olevianus omittit.) qui suo exitio ipsius nomen glorifcent.*

§. XXII. Theatrum Sapientiae cœlestis ex Joh. Calvini Institutione, p. 538. Querenda est ergo certior nodi solutio. Tenendum. Impiosa Deo devotos exitio, ad ejusdem gloriam. Prov. XVI, 4. Excip. Si quis excipiat, hoc factum ea conditione, quia Deus eorum præritatem præsiverit, que præscientia nullam inferat necessitatem. Resp. Neq;

Neque nihil dicit, cum Veteribus; neque totum, ut putant Scholastici.
 1. Non dicit nihil, cum Præscientia per se non sit causa rerum, tametsj
 quidam id afferant. 2. Non dicit totum, quia Valla quoque, in Sa-
 cris licet satis iurisper, teste, Hominum eventa subjacent non tantum Præ-
 scientia Dei, sed & Decreto; nec Deus aliter futura prævidet, nisi quia
 ita ut fierent decrevit.

§. XXIII. Tenendum esse, ex Prov. XVI, 4. *Impios à*
Deo devotos exitio, ad eusdem gloriam, non video. Verba ea Salo-
 moniæ dicti non sunt, & quod afferitur, certa ex illis consequen-
 tia non potest doceri. Nihil est in eo, de Dei gloria, declaranda in
 salute Electorum, & in damnatione vel exitio reproborum. Hoc
 in dicto est: *Impios agi à Deo in diem malum.* Hæc judicis actio
 est, abominantis impietatem, & pietatis Zelo vindicantis. Nihil
 est in dicto de destinatione hominis certi ad impietatem, qua fiat
 impius. Nihil de decreto absoluto Dei, sola voluntate sua diem
 malum decernentis. Nihil de omnes causas antegrediente Dei
 decreto, decernentis gloriam justitiae ostendere in personis certis.
 Et quia Salomonis dictum, primùm agit & potissimum, de gu-
 bernatione Dei, sua Providentia omnia in mundo disponentis,
 hinc fit, ut hujus Dei actus objectum sit, non impius condensus,
 non etiam impius prævisus, sed impius in sua impietate inventus.
 Unde etiam non dicitur impius exitio devotus, sed in diem malum
 agendum & præcipitandus. Quod de Præscientia dicitur, non
 esse eam per se, causam rerum, admittitur & probatur. Præscien-
 tia in se, ex se, per se, non est causa rerum, neque necessitatem im-
 ponit rebus præscit. Hominum eventa non tantum Præscientiæ
 Dei subjacere, sed & Decreto, admittitur. Uti Petrus docuit cru-
 cifixionem Christi objectum fuisse & præscientiæ Dei, & consilij
 Dei, & præfinitionis divinæ, certis rationibus. Id vero negatur:
 Deum aliter futura non prævidere, nisi QVIA ITA UT FIERENT
 decrevit. Non fluit Dei Præscientia, quia futura præscit, ex decre-
 to antecedenter absoluto, absoluta, causasque omnes antegredi-
 ente voluntate Dei, in partem alteram inevitabiliter inclinantis
 & determinantis.

§. XXIV. In eodem Sapientiæ Theatro dicitur p. 588.
 quum p. 587, citatus fuisset Hafnenrefferus, & p. 588. nominati fuis-
 sent

sent Eckardus, & Gerhardus; fuisseque mox additum: Observetur ante omnia, Adversarios &c. Ast item IPSI SCRIPTVRÆ intendant, necesse est. Nunquid Salomon dicit: Prov. XVI, 4. Universa propter semetipsum operatus est Dominus: Impium quoque ad diem malum: cuius loci sensus non est hic: quasi Deus, IMPIOS CREATANDO, impietatem ipsis infunderet; aut & quasi AD IMPIETATEM ipsos CREARET; sed quia, quicunque in hunc mundum nascuntur, nascuntur Peccatores ex Massa in Adamo corrupti: quod Deus, quos ex ista Massa reprobavit, CREARIT simul ad interitum &c. Excipitur. Per creationem impij ad malum, intelligi ejus pertractionem ad peccatum, propter antegressam iniquitatem. Resp. I. HÆC EST CORRUPTELA, VIM INFERENS TEXTVI. An ñ Pahal, facere impium, idem est, quod trahere ad peccatum? An alio sensu reliqua sua Opera, in Verbis precedentibus, dicetur Deus fecisse, quam Impium? Aut & an, reliqua opera facere, tantundem erit, atque trahere illa? Aut, annon aequaliter Deus sibi in Creatione Impij Gloriam suam proposuit, finem, atque in Creatione Operum reliquorum? 2. Quod si ponatur, intelligi hic impij ad peccatum pertractionem; Quero, Annon Deus hanc pertractionem ad Peccatum destinavit, Impium creando, & in hunc Mundum introducendo: quippe quem, non nisi Peccatorem nasciturum, præviderat? Aut destinavit eam, aut non destinavit. Si destinavit eam, Impium creando, habemus quod volumus: Deum Impium creasse ad Interitum. Si non destinavit, necesse est; vel destinasse ad salutem; & sic DEVS suo fine & consilio frustratus est, vel mutasse postea suum consilium, quod dicere non vacat BLASPHEMIA: & in tempore demum aliquod consilium suscipere, more Hominum, qui ignari futurorum, & viribus minus validis pollentes ad sua consilia exequenda, necesse habent, consilium aliquod sequi, prore nata, apprehendere.

§. XXV. Ut item intendamus Scripturæ ipsi, absit. Ut afferamus corruptelam, absit. Ut vim inferamus Textui, absit. At, id necesse est. Ethocabit. Non id facimus, nec, ut id faciamus, est necesse. Quod Salomon dicit, cum reverentia, Scriptura debita, suscipitur. Cette versio ista, Salomonis non est. Non itaque Scripturæ lis intenditur, sed versioni. Et versioni quidem, non acceptæ in sensum commodiorem, sed, ad sensum præconceptum inflexæ. Creatio non est evicta. Minime vero impio-

impiorum Creatio. Ergo id non erat mox ab initio a sumendum,
IMPIOS CREANDO. Phrasin ipsam, *Deum creare impios*, aver-
 santur aures nostræ. Dicitur: *Non, quasi Deus, impios creando, im-*
pierat em ipsis infunderet. Bene, non infundit. Sed nec ad eam de-
 terminat. Illa, quæ dicitur, *impiorum creatio, omnium homi-*
num creatio est, qui ex massa in Adamo corrupta nascuntur. Sic
 etiam ille, quem Deus justificat, *impius inventus est.* Rom. IV, 5.
 Sed de tali impio Salomon non loquitur. Invenit illam impieta-
 tem, utique non infundit. *Impius, de quo Salomon loquitur,*
impietate actuali, refractaria, contumaci, superba, impius est.
 Qum ergo Deus, pro antecedente Bonitate sua, omnia operetur,
 agatque in responsum suum, *impium, hanc Dei Bonitatem con-*
 temnentem, judicio suo justo & vindicante, agit in diem malum,
 ut pereat, qui salvati noluit, gratiamque oblatam repudiavit.

§. XXVI. Dicitur: *Non quasi ad impietatem ipsos crearet.*
 Bene ergo, non creavit Deus impium ad impietatem. Pergo, si
 Deus non creavit impium ad impietatem, Deus etiam eum, qui
 perit, non creavit, ut periret. Non creavit impium ad impietatem,
 non creavit intereuntem, ad interitum. Tamen Piscator supra
 §. 15. dixit, *Deum destinavisse, creavisse, impium, ad damnatio-*
nem, igitur etiam ad peccatum, tanquam ad medium. In Colla-
 tione amica, sect. 93. p. 156. *An Deus omnes homines AD IPSA PECC-*
CATA DESTINAVERIT; & quidem idem, ut *justitiam, & misericordia-*
m suam, in ipsis exerceret? Vorstius: *Deo adim veram justitiam, si*
dicatur nos AD peccata destinare, quæ tamen ipse severissime prohibeat.
 Nota Piscatoris sequitur: *Deus destinavit hominum alios ad salutem,*
ex misericordia, peccata agnoscente, eis tribuendam: alios ad interitum,
ex justitia, peccata puniente, eis inferendum. Ergo **DESTINAVIT HO-**
MINES IN VNIVERSVM AD PECCATA: quippe sine quibus fines
 illos effectos dare non posset. Nec Deo propterea **JUSTITIA** adimitur,
 quum habeat potestatem agendi cum suis creaturis quicquid ipsi placuerit.
 Responso Vorstij: *Satu equidem aperte hoc loco MYSTERIVM illud*
eloqueris, quod alijs quidam fratres ac symmystæ, metu maximi scandali,
ac porro secuturi periculi, studiose contegere solent: nempe, Deum uni-
versos homines AD ipsa PECCATA DESTINASSE: idque propterea, ut
alios ex Justitia puniente perdere, alios ex misericordia parcente servare

C 2 posset

3.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

posset &c. Quam ego sententiam vix tibi ipſi Vir Clarissime, si diligenter eam expenderis, a BLASPHEMIA proſrus alienam videri posſe crediderim &c. Piscator ad hoc in Notis. At cur non aperte eloquerer, quod aperte eloquitur Scriptura? &c. Et Nota 5. Quum dico, Deum universos homines AD PECCATA DESTINASSE &c. Et pag. 159. Vorſtius: simpliciter negas, Deum fines iſtos, de quibus agū, ſine DESTINATIONE hominum AD ipsa PECCATA, effectos dare potuisse &c. Piscator in Nota 44. Et cur non negem? quum fines & media necſario nexus cohærent. Nam certe qui vult finem, in necessariō vult etiam media illa, ſine quibus finis ille obtineri, atq; effectui dari non poteſt. Idem Piscator in Reſponſione ad Parasceve Vorſtii p. 36. Enunciato m 9. Deus destinavit omnes homines ad peccata &c. p. 42. ait, Thesin fundatam eſſe in ſcripturis &c. Pag. 74. Deum homines omnino omnes AD ipsa PECCATA PRÆDESTINASSE. Iterum pag. 83. Deus DESTINAVIT homines in universum omnes AD PECCATA &c. Hactenus Piscator. In dicto autem, Sapientia cœlestis Theatre, defenſio & excuſatio Calvinii ſuſcipitur. Quid ergo ſibi vult horrida ejus phraſis, lib. 3. cap. 24. ſect. 12. QVOS ergo IN VITÆ CONTVFLIAM, & MORTIS EXITIVM CREATIVIT &c.

§. XXVII. Dicitur porro: Sed quia, quicunque in hunc Mundum nascuntur, nascuntur peccatores ex Maffa in Adamo corrupta: quod Deus, QVOS EX iſta Maffa REPROBAT, crearit ſimul ad interitum &c. Hoc verò Salomon nec dicit, nec docet. Hac interpretatione, impius, de quo Salomon, eſt homo, natus peccator, ex Maffa in Adamo corrupta, quem Deus ex iſta Maffa reprobavit. Sed ne vestigium quidem hujus reprobationis in Textu eſt. De reprobatione, diſcernente inter impios pares, Salomon non loquitur. De Judicio autem, quo Deus vindicta malo involvit, impium, innocentis contradictum, superbū humili oppoſitum, Diſcum loquitur.

§. XXIX. Dicitur: An te Pahal, facere impium, idem eſt, quod trahere ad paenam? Atqui Salomon non dicit, Dominum facere impium, ſed, agere impium in Diem malum. Fit mentio verborum præcedentium. Bene. Non fit in præcedentibus creationis mentio, non fit mentio operum creatione productorum. Sed operationes Dei commendantur, qui det reſponſum lingua, qui

qui dirigat spiritum, qui stabiliat cogitationes. Hoc omne dicitur Dominus operari in responsum suum, ut instruantur omnes pendere à Deo respondentē, responsoque suo exaudiente, & exauditione sua desideria cordium adimplente. Dicitur: *An reliqua opera facere tantundem erit, atq[ue] trahere illa?* Atqui gubernacionis divinæ, pro vario objectorum discrimine, variæ sunt rationes. Neque inconcinnie dicitur *Impius contumax & superbus trahi ad diem malum*. Et tamen trahere Dei, solet explicari de potentia irresistibili, quia homo impius convertitur, fitque pius. De Gloria Dei, de Creatione impij, jam dictum est Salomonem in verbis suis nihil habere.

§. XXIX. Non est blasphemia, cum Scriptura loqui, & dicere cum Domino, Luc. VII, 30. Pharisæi & Legisperiti consilium Dei spreverunt in semetiplos. *κατηνούσιν*. Consilium Dei rejectunt, abrogarunt, resciderunt, repudiaverunt, irritum fecerunt, adversus semetiplos. Et Jerem. XVIII, 7. 8. 9. 10. *Repente loquar adversus geniem, & adversus regnum, ut eradicem & defruam, & dispersam illud.* Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, contra quod locutus sum, POENITEBIT me mali, quod cogitaveram facere ei. Et subito loquar de gente & de regno, ut adficiem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam, POENITEBIT me illius boni, quo constitui illi benefacere. Dicitur: *Quare, Annon Deus hanc pertractionem ad pœnam destinavit impium creando, & in hunc mundum introducendo: quippe quem non nisi Peccatorem nasciturum præviderat?* Respondeo, Negando. Si creatio prima in Adamo facta, intelligitur, nullus est ibi creatus impius. Creaverat Deus Adamum, omnesque in eo homines, ad æternam vitam. Si creatio respicitur, qua homines singuli nascuntur ex massa corrupta, ibi vero omnes nascuntur pares. Salomonis autem dictum de disparitate habet, de impietate, quæ non est omnium. Si dicitur Deus, creando impium, destinavisse eum ad interitum: phrasis est periculoso obnoxia sensui, quæ necessitatem impietatis, & inevitabilitatem interitū, ad Deum creatorem potest referre. A quo nos sensu conceptuque abhorremus.

§. XXX. Joh. Georg. Grossius in Theatro Biblico, part. I. p. 437. ex Amando Polano, in Salomonis dictum scribit: *Homines*

electi ad vitam aeternam, sunt creati ad vitam aeternam; reprobati autem sunt creati ad mortem aeternam: sicut aeterno decreto Dei, electi sunt predestinati ad vitam, reprobati sunt predestinati ad mortem aeternam. Hoc docent sequentia scripturae testimonia. Prov. XVI, 4, Omnia fecit Jehova propter semetipsum, etiam impium ad diem malum. &c. Prius testimoniorum non potest eludi eo, quod in Textu Hebreo non usurpatur verbum בָּרָא aut בָּרָא וְנַעֲמָד sed בָּרָא. Nam hoc postremum verbum non minus de creatione usurpatur, ac prima duo; quemadmodum Prov. VIII, 22. dicit Sapientia illa aeterna, id est aeternus Filius Dei. Jehova possidebat me principio via suæ, וְלֹא־בָּרָא ante opera sua, ante ullum tempus &c.

§. XXXI. Improbamus phrases: *creari ad mortem aeternam*. Et, *predestinati ad mortem aeternam*. Sententia Salomonis neque de Prædestinatione, neque de Creatione, sed de Providentia gubernatrice & judicatrice habet. Inter allegata Verba hæc manifesta differentia est, quod בָּרָא & בָּרָא וְנַעֲמָד in descriptione Creationis Mosaica adhibentur, non autem verbum בָּרָא. Non est hoc verbum à Mose usurpatum, primo primæ Creationis Scriptore. Neque locus Prov. VIII, 22. evincit. Facit Salomon in eodem versu viarum Domini mentionem. Itaque בָּרָא וְנַעֲמָד operationes esse possunt. Utī Psalm. XLVI, 9. *Venite, & videte操作の如き opera Domini.* Qualia ea sunt opera? operationes Dei sunt, mirabiliter omnia gubernantis. Sequitur: *Qui posuit solitudines in terra. Cessare facit bella usq; ad extremum terre, arcum conterit, & concidit hastam, plastra comburit igni. Cessate, & scitote, quod ego sum Deus, exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.* Iterum Psalm. LXVI, 4. *Venite, & videte操作の如き opera Dei.* Quæ sunt illa Dei opera? vel, qualia sunt ea? Sunt opera providentiae divinæ, mirabiliter gubernantis omnia, pios eripientis, impios in exitium precipitantis. Sequitur: *Terribilis in consilio* (Terribilis opere, wunderlich mit seinem Thun) *super filios hominum. Convertit mare in aridam, per flumen transferunt pede, ibi latati sumus in ipso. Dominatur fortitudine sua in seculum, oculi ejus gentes speculantur, rebelles non exaltabunt se.*

§. XXXII. Sequitur in Theatro isto p. 439, explicatio distinctior. Cærenum non loquimur jam de prima creatione, qua creari sunt Adam & Eva, ambo ad vitam aeternam, non ad mortem, de qua creatione Gen. i. & 2. Sed de operatione Dei post lapsum hominis &c. Ina Creario prima, ab operatione Dei post lapsum, distinguitur. Sed qui, omnia, in Salomonis dicto, exponit de creaturis omnibus, dictum ejus referre tenebitur ad creationem primam a Mose

¶ Mose descriptam, Gen. 1. & 2. Et de ea creatione dicere possum, Deum omnia, id est, creaturas omnes, creavisse in responsum suum. Operatio Dei post lapsum hominis, si dici non potest, creatio prima, nominari poterit creatio secunda. Sed haec Dei post lapsum operatio, in generatione, non habet inter pios atque impios distinctionem. Omnes patiter in peccato eocipiuntur, & nascuntur. Non ergo à Salomonone Dominus dicitur age-
re impium in diem malum, cum nascuntur homines singuli, & omnes in peccato.

§. XXXIII. Moderatiora haec fuerunt, quæ Parte 1. Theatri istius fuerunt proposita. Major est vehementia in Parte 2. col. 404. 405. 406. ex Polani de Prædestin. De sensu hujus dicti queritur. Adversarij veritatis contendunt, ex hoc loco non posse colligi, reprobos esse creatos ad diem mali: Et, facere impium ad diem malum, esse, illum retrahere ad justas debitas poenas propter antecedentem malitiam. Quid est COR-
RVM PERE SENSVM SCRIPTRÆ, SI HOC NON EST? Videamus Textum hebraicum &c. Hac Verba ALITER NEQVE VNT VERTI, quam ita: Omnia fecit vel operatus est Iehová propter semetipsum, etiam impium ad diem mali. His autem Verbis docet Salomon de SVM MO CREATIONIS FINE, quem asserit esse ipsum Deum, seu, quod eodem reddit gloriam Dei: nam propter semetipsum, idem est, quod propter suam Gloriam. Omnis igitur fecit Deus propter semetipsum. Hanc sententiam illustrat speciali exemplo, cum subjicit, etiam impium ad diem mali, nempe, fecit: nam Verbum hoc ostendit esse intelligendum, nemo non videt.

§. XXXIV. Iam in exclamaciones, atque in interrogations vehementiores zelus erumpit: Quae est igitur PERVERSITAS, dissellere, que conjunxit Spiritus Dei, & INFERRERE SCRIPTVRÆ, quod in illa non est. Quae est haec AUDACIA, acere, facere impium ad diem mali, esse, retrahere ipsum ad poenas? Estne, facere idem quod, retrahere? Atqui idem Verbum ὅ γε utroq; dicitur, de impiis, & ceteris OMNIBVS CREATVRIS, seu operibus Dei. Ergo, omnia fecit Deus, idem erit, quod, omnia opera sua retraxit Deus? Sic igitur habendum: Quo sensu dicitur Deus omnia alia fecisse, comedieram sensu intelligitur, fecisse impium: nam ab eodem verbo, facere, omnia pendunt. At OMNIA alia fecit CREANDO: Ergo etiam impium fecit creando. Loquitur autem de continuatione creationis hominis, qualis est post lapsum. Primum hominem Deus fecerat purum, sanctum, pius: post lapsum autem tamen (talem) qualis est massa, ex qua cum facit, hoc est, ex corrupta massa corruptum, & natura filium ira: Nemo enim nascitur pius, sed omnes nascuntur impij: electi autem gratuito beneficio ex impiis, sicut pī, reprobis impij manent. Quod Deus nunc hominem creat talem, id est, impium, est pīna iustissima: si, ut, quod pīum crearat initio, fuit gratuitum beneficium. Impium creat Deus, sed non impietatem. His ultimis verbis etiam Nota subjec-
titur, præfigiturque signum, NB. Impietas non est creatura Dei, sed vitium, ipsi crea-
tura, post lapsum, adharenſ, Deo quidem iuste permittente.

§. XXXV. Theatri hujus Biblici fere conferri possunt verba vehementiora, § 34. exscripta, cum verbis aerioribus Theatri Sapientiae, quæ supra §. 24. fuere proposita. Hoc dixit: Adversarij. Illud: Adversarij Veritatis. Theatrum Sapientiae dixit: Litem ipsæ Scriptura intendant, necesse est. Hac est corruptela, vici inferens Texui. Theatrum Biblicum: Quid est corrumperе sensum Scriptura, si hoc non est? Theatrum Sapientiae: An ὅ γε facere impium, idem est, quod retrahere ad pīnam? Theatrum Biblicum: Est-
ne facere idem, quod, retrahere? Theatrum Sapientiae: An alio sensu reliqua sua operas
en verbis præcedentibus, dicesur Deus fecisse, quam impium? Theatrum Biblicum: Idem
Ver-

35

36

37

39

40

41

42

43

45

Verbum vero de utroque dicitur, de impiis, & ceteris omnibus creaturis, seu operibus Dei. Quo sensu dicitur Deus omnia alia fecisse, eodem etiam sensu intelligitur fecisse impium. Theatrum Sapientiae: An, reliqua opera facere, tantundem erit, atque, trahere illa? Theatrum Biblicum: Ergo, omnia fecit Deus, idem erit, quod omnia opera sua retraxit Deus. Theatrum Sapientiae, urget instando, repetitque quater, nexus continuo, iuterrogationem, An? An? An? An? Theatrum Biblicum instat exclamando, & rena, ceu indignam, ayersando: Quae est igitur perveritas? Quae est hac audacia? Estne? Ergo?

§. XXXVI. Non corrumpe sensum scripturarum, qui Dei operationem, agentis impium in diem mali, de tractione impij ad justas debitasq; penas, interpretatur. Nam Providentia divina, quatenus ea circa impium versari dicitur, hic actus est. Providentia divina, omnes homines gubernans, & tales gubernans, quales invenit, non potest non agere impium, ut impium, in diem mali. Salomonis tres continui versus hi sunt. Prov. XVI, 3. de doce ad te a me operata tua, & firmabuntur cogitationes tuae vers. 4 Omne operatur Dominus in hoc responsum suum; & etiam impium in diem malum. vers. 5. Abominatione Iehova est omni elatus corde, etiam si manus ad manum fueris, non erit innocens. Versus Quartus, medius inter duos, tertium & quintum, connectit utrumque, & rationem reddit utriusque. Universale mandatum est versus tertio, & mandato universali promissio additur universalis. Prior pars versus quarti, universalis & mandati, & promissi, praecedentis, rationem habet. Debemus omnes omnia opera nostra devolvere a nobis ad Dominum, tum ille firmabit, & prosperabit cogitationes nostras, & opera nostra. Namque Dominus, providentia sua, omnium consiliorum & eventuum gubernatrix, omnia agit, operarur, invitat, dicit, vocat ad hoc responsum suum, quo ille exaudiit invocantes, hoc est, opera sua ad Dominum devolentes, atque ita responderet eorum precibus, consiliis, desideriis, ut firmitatem largiatur, prosperumq; successum. Quia vero impius, sua impietate, huic Dei consilio reluctatur, neque invocat Dominum, non devolvit opera sua ad Dominum, hinc pergit ulterius divina Providentia, & hunc impium, qui corde suo effertur contra Dominum, qua impij cordis elatio est abominatione Domini, id est agit in diem mali, ut, quamvis manum manui jungat, anniturque eluctari ex malo, non tamen reperitur innocens, sed punitur ut nocens & impius. Quo modo ergo Dominus operetur, agatque impium, in diem mali, pergit docere. Salomon, quum abominationem Domini, omnem, corde elatum, docet esse, quam superbam impietatem, cum excretur Dominus, non potest non eum involvere. exitio inclutabilis.

§. XXXVII: Quod ergo in Theatro Biblico dictum est: Hac herba aliter nequeunt verti: responderetur, posse ea aliter verti, immo, considerata vobis proprietate, & connexione contextus, debere etiam aliter verti. Si est Salomon locutus de summo creationis fine, de ceteris omnibus creaturis seu operibus Dei, de omnibus aliis, simul autem & de impiis, idque verbo uno eodemque, atque eodem in sensu eodem accepto, tum vero inter creaturas omnes, quae omnes bona creatae sunt, fuet etiam impius productus. Unde ad continuationem creationis progressus fit. Creatio ergo prima creaverit prius. Creatio continua creabit impium. Hac non est creatio eadem. Adhuc, Impius, quem operatur Dominus in diem mali, quia explicatur reprobis, non est homo, omnis, natus impius. Num Iacob, cum nasceretur impius, factus a Domino ad exitium, atque ad damnationem fuit? De impietate, quae peccato originali continentur, non est ad literam Salomon locutus.

§. XXXIX. Finis imponitur. Cetera Disputationi ipsi reservantur. Analy sin autem dicti Salomonis alia poterit exhibere exercitatio. Nos ad Dominum devolviimus opera nostra, bona spe fieti, responsurum esse Dominum exauditione benigna desideriis nostris, ut firmentur cogitationes nostre. Amen.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn861543084/phys_0031](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861543084/phys_0031)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn861543084/phys_0032](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861543084/phys_0032)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn861543084/phys_0033](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861543084/phys_0033)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn861543084/phys_0034](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861543084/phys_0034)



DE SPIRITU GRATIAE.

9

τέμπεδαι ναι ἐνχειδαι mitti & ef-
eundemque tum πνεῦμα τῷ πατρὸς
, tum etiam πνεῦμα τῷ ὑπο̄ spiritum
cum profitentur. Gratiosissimam ve-
tationem Prophetae (§) & Apostoli (ξ)
o insigniunt, modumque donationis
us designant, quandoquidem Spiritus
credentes superveniat (η), & ad instar
elo delapsae super eosdem cadat (θ),
ie in modum tanquam ὕδωρ σῶn (ι)
ὕδωρ σῶnς (κ) aqua vitae, corda fi-
det, ac veluti γνῶση σὴn (λ) sive ἔλασιον
; (μ) oleum laetitiae sensu veri gaudii
perfundat. Novissimis nimirum tempo-
as, simul ac in terris officio mediatorio
it, & in coelos evectus (ο) ad dextram Dei
operit, festumque hebdomadum sive
εs, qui erit à futura resurrectione quin-
, appropinquaverit, Spiritum Sanctum,
o à Patre accepturus, ac ut Deus in
B omnes

3. Joel. III. 1. 2. (ξ) Act. II. 33. Tit. II. 6.
XIX. 6. adde Jes. XI. 2. LXI. 1. Luc. IV. 18.

. 16.

16. X. 44. (ι) Joh. IV. 10. 14.

II. 1. 17. adde Jes. XLIV. 3.

V. 8. (μ) Hebr. I. 9.

itus Sanctus רוח נריבת spiritus laetitiae di-
m. LI. 14.

20. itemque 1. Joh. II. 18.

8. II. 33. (π) Act. II. 1.